

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. || Lvdovici || De Ponte Vallis-||Oletani, È Societate ||
Jesv Theologi.|| De || Christiani hominis || Perfectione In
Qvo-||libet eius Vitæ genere.|| Tomi Qvatvor.||**

Quorum argumenta ex S. Rvth Historia præcipue desumpta

In Qvo Agitvr Nominatim De Sacerdotibus, Confessarijs, Magistris siue
Doctoribus, Concionatoribus, Episcopis & alijs Prælatis, eorumque
Ministerijs - In septem Tractatus distributus ...

**Puente, Luis de la
Coloniæ Agrippinæ, 1629**

§. II.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-45750](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-45750)

h Gal. 6. 1.

reptionem & instructionem debere esse h *in spiritu lenitatu: confite-*
inquit, teipsum, ne & tu tenteris: & puniat Deus hanc tuam leueritatem,
permittens labore sicut proximus tuus fuit lapsus.

§. II.

I
Suarez. To.
4. in 3. part.
disp. 38.

2

Nauar. in
Manuali.
c. 26. n. 19.
§ 20.
Suarez sup.
Sect. 5.

a Iere 38. 11.

Ho e i a c t o fundamento, prudens Confessarius in penitentia iniungendis ad multa attendere debet, tam ex parte di-
 punctionis Pœnitentis in corpore & anima; quam ex parte peccatorum, quæ
 confitetur. E t p r i m v m quidem attendere debet ad contritionem,
 quam Pœnitentis ostendit. Quæ adeò potest esse magna, totoque habet
 signa veræ Pœnititudinis: ut sit æqualis toti poena, cuius ille est reus, ut
 ab omni debito sit expeditus. Et tunc, sicut in rei veritate non super-
 est aliqua poena luenda, cum nullum supersit debitum: imponatur
 leuissima Pœnitentia, potius ad integratorem Sacramenti, quam ad
 unum culpæ, præcipue cum huiusmodi Pœnitentes adeò sicut feruens
 propensi ad vindictam de ipsis sumendum: ut freno potius indigat, quæ
 contineantur; quam calcaribus, quibus impellantur. ut videre licet
 S. Maria Magdalena, & S. Petro: quorum adeò fuit feruens connivens,
 ut culpa & omnis poena illis remitteretur: qui tamen non propterea la-
 gam pœnitentiam facere neglexerunt.

Ex altero vero extremo euenire posset esse etus alias huic aliquo modo
 similis: quando scilicet pœnitens tantam spiritus & corporis debilitatem
 præ se ferret, ut expeditum, pœnitentiam ita moderari: ut multò minorem
 quam ille promeritus esset, iniungeretur. Quia tunc locum habet uicem
 Chrysostomi superius posita; ne scilicet pœnitens oneri succumbat, ex-
 pedit enim tunc pœnam reiwcere in Purgatorio luendam, si is adeò fer-
 grauiter eam in hac vita luere. Tunc autem ad rem erit, eum monere
 propterea tam parvam pœnitentiam ei iniungi: vt eius imbecillitatem con-
 descendatur: ne culpas adeò graues parvi faciat, perpendens tam leuci-
 bi pœnitentias iniungi. Imo etiam tunc erit ad rem, aliqua opera iniugere,
 quæ sunt alias de præcepto. Quamvis enim ordinarie iniungenda
 sint quæ sunt de consilio: debilibus tamen, qui has admittere reculan-
 expedit ipsam iniungere, quæalias prestare tenebatur: vt ex hoc nomi-
 nato titulo ea præstent; & cum sic iniuncta sint pars huius Sacramenti, erunt
 magis satisfactoria, vt dictum est. Non tamen statim acquiescente debet
 Confessarius suam proponentibus imbecillitatem; sed proponenda sunt
 eis media, quibus facile iucundumque reddatur, quod asperum ac diffi-
 cile esse videtur. Sicut euenit a Ieremia projectio in lacum, in quo non erat aqua
 sed lutum: cupiens autem Abdemelch eum inde eripere dimisit funculos in lacum

vel late-

ut Ieremias illos arriperet: *misiq; illi veteres pannos, & antiquos*, quibus funes manibus acciperet, ne laederetur. Huncigitur in modum Confessarius, qui significatur per Abdemelech, quod significat seruum Regis non terreni sed cœlestis, cupiens peccatorē educeat ex profundo lacu, & cœno peccatorum eius: dimittit ei funes, quibus sese liget, & quos arripere possit, qui sunt præcepta penitentiae intexta tribus funiculis Contritionis Confessionis, & Satisfactionis; quibus ab omni sua miseria eripiatur. Ne autem laedatur, dat etiam ei quasi pannos laneos, res aliquas molles, quibus faciliora illa & suauiora reddantur: hoc est tationes proponit, quæ illum allicit & impellant ad penitentiam & satisfactionem. Exprimit autem Scriptura, quod panni illi essent *veteres & quasi purridi*, quibus (ut S. Gregorius ait) significantur exempla Sanctorum antiquorum, & præcipue eorum, qui fuerunt aliquando peccatores; magnis vero penitentijs suscepit, & auctoritate eminentes Sancti: nam quamvis debiles essent, sicut cœti homines, eo quod essent etiā carnei: diuina tamen gratia eos redidit fortis; & eorum exempla meritò debent debiliores exstimulare ad aliquid praestandum eorum, quæ illi praestiterunt.

PLVRIM ad hoc cōfert dexteritas persuadendi huiusmodi tepidis, ut velint sua vulnera à radice curare; nec esse contenti quacunq; mūditie. Nam (ut S. Bernardus ait) *lauari cito possumus: ad sanandum autem opus est curatione multa*. Quando enim quis cadit in lutum, cito se potest luate: cum autem cadit in graue in morbum, aut grauiter infirmatur: magna curatione multisque medicamentis opus est, ut integras sanitati restituatur. Quod si in corporis morbis libēter infirmus obedit medico, etiam imperati res graues, quales sunt abstinentia, sanguinis emissiones, purgationes, cauteria, & aliae similes: quia persuadet sibi illas, ad sanitatem recuperandam multum conducere: multò magis estimationi consentaneū, ut in morbis & vulneribus anima, spirituali te medico subiicias, etiam præscribentes acerbas, siquidem illae sunt necessariae ad sanitatem recuperandam, & exitandam recidiuam. Noli b Naaman illum *Syrum leprosum imitari*, qui Eliseo Propheta præcipienti *septies in Jordane lauare* ut à lepra mundaretur, nollebat obediens, sed cupiebat solo contactu manus eius sanari. Qui si in sua perdurasset perrinacia, mansisset sicut prius leprosus. Fideles tamen eius ei Confilia: ij dixerunt: *si rem grandem dixisset tibi Propheta, certè facere debuerat: quanto magis, quia nunc dixi tibi: lauare & mundaberis*. Quorum confilio & suasioni cum ille annuisset, & Prophetæ mādato paruisse, mundatus omnino est. Ne tantum tibi tribuas, ut à lepra profundè in anima tua radicata sanari velis leui manus tactu: erit enim curatio valde leuis, & quasi in cute: remanet e interim venenata in corde adice. Obedias Confessario aliquid tibi præscribenti, etiam si durum &

Lib. 24, Mo-
ral. c. 7. ¶
Gloss. ibid.

3

Serm. de ca-
na Domini.

b 4 Reg. 5.
12.

graue illud tibi videatur; cedet enim in tuam perfectam curationem. E quamvis illud esset adhuc grauius, optimè collocarerur, propter sanitatem, quæ tanti facienda est, obtinendā. Nec sine causa, cum Christus Dominus noster accessit ad probaticam Piscinam, videns hominem quendam triginta & octo annos habentem in infirmitate sua, dixit ei: cū nō sanari? Manifesta satis erat infirmi illius voluntas, ac desiderium sanitatem corporis recipiendi: sed quoniam Christus Dominus noster, etiam eum animæ sanitatem ei optabat, quæsiuit ab eo: num veram sanitatem recipere optaret, quæ totum hominem sanum reddit. Ut Confessarij intelligent, quantum conferat Pœnitentibus, quod velint re ipsa & verè curare & sanari. Quamvis autē Salvator noster miraculose infirmum illum sanasset: noluit eum tamen absque graui aliquo onere recedere, in quo siam ostenderet obedientiam: ideoque ei dixit: tolle grabatum tuum & ambula, vt Pœnitentes discant portare onus, quod Confessarij, dum eos absoluunt a peccatis, eis imponunt, vt plenè euadant sani. Et quemadmodū homo ille Iudeis ipsi suadentibus, ne illud onus portaret, acquiesceret noluit: sed dixit: qui me sanum fecit, ille mibi dixit ut tollerem: & hoc latet mihi est, ut tollam: ita Pœnitens non debet onus pœnitentia a Confessario sibi iniuncta deponere: sed temptationibus contrarium suadentibus respondere: qui me a peccatis absoluit, iussit hanc Pœnitentiam sub quam propter nullam causam prætermittam.

SUPERATA hunc in modum Pœnitentis volūtate, facilius erit pœnitentias ei præscribere. Ad quod Confessarius attendere etiam debet gratuitatem & qualitatem peccatorum, vt eas illis accommodetnam qui ipse iudex est, merito debet illam Sapientis regulam obseruare: d per quod peccat quis, per hoc & torquetur: quia autē medicus est, contraria debet contrarijs curare: quia autem Magister est, ac dux, debet eum in via salutis collocare: ei planè contraria, quam eo usque tenuisset. Si peccatum sicut carnis voluptatem appetentis: æquum est, ut Pœnitentia sit rerum, que carni adferunt dolorem, utpote contrariae prauis voluptatibus, quas illa appetit: qualia sunt ieunia, flagellationes, Cilicia, lectus durus, & ales similes pœnæ. Quod si peccata orta fuerūt a concupiscentia rerum temporalium: parest, vt in facultatibus temporalibus pœnam luat: ideoque eleemosynæ merito iniungentur: & aliae expensæ in opera pia: & humodi pœnitentia accommodata sunt, vt imponantur diuitibus & potentibus: tum quod illi minus ferre possint asperitates: tum, quod eadem operâ satisfaciunt obligationi, qua tenentur pauperibus subuentre quibus etiam hac ratione commodatur: tepidis & ignavis in protectu virtutis talia sunt imponenda, quibus illi extimulentur ad talem corporis exuendum: qualia sunt deuotionis exercitia, quæ nos proponemus

PRUDENTIA

d Sap. II. 17.

PRUDENTIA quoque est necessaria, ad praescribendum tempus quo Pœnitentiae iniunctæ fieri debeant. Ex altera enim parte videtur magis impletum, ut fiant in statu gratia: siquidem eâ per aliquod lethale peccatum amissâ, non habent Pœnitentiae proprium suum effectum: saltem pro eo tempore, quo culpa mortalis durat. Neque deest irreuerentia, si pars illa Sacramenti, hoc est satisfactio, fiat in malo statu extra gratiam: quando etiam Pœnitentiae longo tempore sunt prestandæ: facile veniunt in obliuionem, & omittuntur. Praestat autem modicum citè explore quām iniungere multum cum periculo obliuionis, & omissionis. Ex altera tamen parte videtur expedire, ut interdum praescribantur pœnitentiae longo tempore facienda: ne peccata, ob quāz iniunguntur, statim obliuioni mandentur: sed perdurete orū memoria, & studium seipsum propter ea castigâdi, iuxta illud Davidis *cogitabo pro peccato meo*, hoc est non obliuiscar eius; sed cogitabo & sollicitus ero, etiamsi mihi sit remis-
sua.

ET propterea Deus, cum puniuit f. Mariam Moyses & Aaron sororem lepræ: etiam orantibus fratribus, ut dignaretur eam mundare, noluit statim id facere; sed dolorem & pudorem eius per septem dies perdurare, & extra castram manere: ut fieri: cautor, & culpam suam plenè lueret. Necesse quoque est: malam peccandi consuetudinem bonâ sensim aboleri: & propterea non est alienum, ut Pœnitentia sit prolixior: quod bona consuetudo obtineatur. ut si pœnitens assuevit iurare aut male precati: ad hanc consuetudinem deponendam; expediet tempus aliquod praesciri-
bere, quo durante pro singulis iuramentis, aut imprecationibus dicat sal-
tationem Angelicam Salutationem: quāz instar sit freni, quo retineatur
iuramentis, & augeatur pietas, ac deuotio ad Virginem sanctissimam. In
quam tamen re non potest certior alia regula tradi illa, quam ipsa pruden-
tia suggesserit; iuxta Pœnitentis dispositionem, & exactam curam &
diligentiam aut moras, quas in alijs pœnitentijs exequendis habuit.

DENIQUE, cùm tanti sit momenti Pœnitentem à nouis peccatis &
recidivis præseruare, morbosq; eius impeditre debet: prudens Confessari-
us aptum aliquod regimen pœnitenti p̄aeschribere, ita eius capacitatì ac-
commodatū, ut eum ad utrumq; iuuet: quale Michæls Propheta proposu-
it dicens: *g. indicabo tibi ò homo, quid sit bonum, & quid Dominus requirat à te:*
utique facere iudicium, castigando scilicet culpas tuas iuxta merita tua:
diligere misericordiam, redimendo eas eleemosynis, & sollicitum ambulare
cum Deo tuo, faciendo in posterum magno studio ac diligentia, quāz ad
ipsius obsequium pertinent.

Ecc 2

Quod

c Psal. 37.
19.f Numer. 12.
10.g Michæls
6.8.

Quod ut melius Confessarius faciat, poterit illis aliqua opera commendare, quæ simul Pœnitentiæ sint in pœnam; & medicinæ, ad cutanæm, & præservationem, & ad bonam viuendi rationem; ut felicem conualefcant, ut bonum Iudicium faciant sive noticiam acquirat suadet eis, singulis diebus ad vesperam, conscientiæ examen institueret, raldeque serio sibi assumere per dies oœto, ut victoriam de vito, aut Palme aliqua, à qua maius accipiunt detrimentum, obtineat, & quotidie assumere corporalem aliquam pœnitentiam, quamvis leuem: qualis est aliquid orare brachijs in modum crucis extensis: nam qui plurimum debet, nec potest totum simul persoluere, expedite ei, sensim & paulatim id facere, aliquibus assumptis mortificationibus; abstinentia à rebus quibus, quibus alias delectatur, etiamsi permisæ illi sunt; & sumendias amaras & insipidas, frequentare quoque Sacram Confessionem, in qua iudicium hoc commodiùs fit; estque Antidotum ad præseruandum à frequentiori lapsu. *Ad misericordiam diligendam exhortetur pœnitentem* ad largiendam quotidie aliquam eleemosynam, etiamsi modicam; ad visitanda aliquoties Xenodochia, & ministrandum pauperibus, & randum aliquid pro animabus Purgatorij, ut sollicitus coram Deo suo amulet, commendet ei pietatis exercitia, & quæ ad eam obtinendam disponunt: qualia sunt pios libros legere, conciones audire, Sacro Missu, lijsq; Diuinis officijs interessere; aliquas orationes orare, qualis est Beatae Virginis corona, aut eius Officium, & alias ad Sanctum Angelum custodem, aliosq; Sanctos; frequenter communicare; aliquam meditandi rationem, & mentaliter orandi ei suggestere, iuxta ipsius capitatem; visitare item aliqua templo singularis alicuius deuotionis; auctaria, ad consequendas indulgentias; & similes alias. Horum omnium operum iniungi possunt aliqua in pœnitentiam, ad certum aliquod tempus: suadendo simul, ut sponte ipsi prosequantur, & consuetudinem sibi faciant in eis seuatius documentis in proximo capite inserviandis.

(.)

CAPV